fatum manuale tum et Inscriptionem eandem Roboratam nec non prætensiones quasvis ex eodem scripto manuali proveni: entes Cassant mortificant et annihilant præsentibus sibi suisque successoribus perpetuum imponendo silentium

Cives Premysslienses G: Jez Quietant. 1339

Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus personaliter Comparentes Spectabiles ac famati; Andreas Materna Advocatus, Paulus Stanislaus Wargocki Franciscus Wieczorowicz Scabini, Christophorus Sanczarowicz Rezens Cives Premysslienses Sani mentibus et corporibus existentes foro suo proprio omisso et Iurisdictione propria posthabita præsenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, seque successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere, publice et per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim, suo pro interesse recognovit, Quia ipsi suis et totius magistratus Utriusque tum et Communitatis totius Civitatis Sacræ Regiæ Maiestatis Premysliensis pro quorum ratihabitione cavent ac se præsentibus inscribunt nominibus Generosum Albertum Jez et ipsius successores de summa Mille Florenorum Polonicalium per eosdem Spectabiles et famatos Cives Premysslienses eidem Generoso Jez in exolutionem oneris Generosi Samuelis Strachowski Inteveisa certa de actu et data eiusdem Intevisa Premyslia die decima nona July Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo proxime præterito conscripta et Actis Castrensibus Premysliensibus Roborata ad solvendum assecurata manu eiusdem Generosi Jez subscripta ratio Octo Millium Florenorum solutæ formandi

nec non de puncto eiusdem Intervisa, quo ad Summam praefatam
Mille Florenos tantummodo spectat et concernit, ac eius Inscri:
ptione Roboratina cum aliis quibusvis Conditionibus, ad Summam
praefatam Mille Florenorum spectantibus Quietant, emittunt, dimit:
tunt liberumque ac absolutum faciunt et parte suo pronuntiant
Intervisam eandem et Inscriptionem Roboratoriam ad
punctum Solutionis Summae Mille Florenorum spectantibus Cas:
sant, mortificant, et annihilant, Recognoscendo sibi in
praemissis Satisfactum esse. Salvis aliis Conditionibus Con:
tractus Ultra Summam praefatam Mille Florenorum Polo:
nicalium sibi Recognoscentibus, ac toti Urique Magistratui
ac Communitati Civitatis Sacrae Regiae Maiestatis Praemysli:
ensis pleno in vigore reservatis

Feria Quarta post Dominicam Oculi Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio

8/III

1339

Manasterski Consorti Reformat.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Prae:
mysliensibus personaliter Comparens Nobilis Theodorus
Manasterski Abrahamowicz Nobilis Abrahami Manaster:
ski cum Nobili Zophia Kropiwnicka procreatus filius Sanus
mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Juris:
dictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus rece:
dendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi
Jurisdictioni quo ad actum modernum attinet Seum
successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque Subiciendo palam libere
publice